

scriptio, quei numerus in quoque genere futurus sit.
 2 ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu
 fuit; sed prius laborandum visum est de summa con-
 sili, idque tibi probandum verum esse. si hoc itinere
 3 uti decreveris, cetera in promptu erunt. volo ego con-
 6 silium meum prudens maxumeque usui esse. nam ubi-
 cumque tibi res prospere cedet, ibi mihi bona fama
 4 eveniet. sed me illa magis cupido exercet, ut quocum-
 5 que modo quam primum res publica adiutetur. liber-
 10 tatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro hortor-
 que ne clarissimus imperator Gallica gente subacta
 populi Romani summum atque invictum imperium ta-
 bescere vetustate ac per summam socordiam dilabi
 6 patiaris. profecto, si id accidat, neque tibi nox neque
 15 dies curam animi sedaverit, quin insomniis exercitus,
 7 furibundus atque amens alienata mente feraris. nam-
 que mihi pro vero constat omnium mortalium vitam
 divino numine invisier; neque bonum neque malum
 facinus quousquam pro nihilo haberi, sed ex natura
 8 divorsa praemia bonos malosque sequi. interea si forte
 21 ea tardius procedunt, suus quoique animus ex con-
 scientia spem praebet.

1 13. Quodsi tecum patria atque parentes possent lo-
 qui, scilicet haec tibi dicerent. o Caesar, nos te genui-
 25 mus fortissimi viri, in optima urbe, decus praesidium-
 2 que nobis, hostibus terrorem. quae multis laboribus
 et periculis ceperamus, ea tibi nascenti cum anima si-
 mul tradidimus, patriam maxumam in terris, domum
 familiamque in patria clarissimam, praeterea bonas